

05

A

517









//  
עמי

DISSERTATIO PHILOGICO-  
THEOLOGICA.

De

Mendis Scripturæ S.  
Veteris & Novi Testamenti,

Quam

AUSPICE DEO  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI

*Summè Reverendi, Amplissimi atq; Excellentissimi*

DN. JOH. DEUTSCHMANNI,

SS. Theol. Doct. Ejusdemq; in inclytâ Almâ Leucoreâ Prof. Publ.  
longè celeberrimi, ac Alumn. Electoral. Ephori  
gravisimi,

*Dni Patroni ac Præceptoris sui ætatem colendi,*

Publicæ Eruditorum ἐξέτασται  
modestè submittit

AUTHOR

JOHANNES AVENARIUS,

Cizâ - Misnicus,

*Ad 9 Martii Anno M DC LXXV.*

*In Auditorio Majori, Horis antemeridianis.*



WITTENBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.



DISSEKTATIO PHILOGICA  
THEOLOGICA

Mendis Scribitur 2

Veteris & Novae Historiae



DR. JOH. DELT. STAMANN

05 A 517

52. Theol. Prof. ...

DR. PETER ...

Public. Exam. ...

JOHANNES A. V. ...

... ..

... ..

... ..

... ..







بِسْمِ اللّٰهِ الرَّحْمٰنِ الرَّحِیْمِ

§. I.



Ec cuncta nobis Doctorum scri-

pta supermanere, nec reliquias eorum inviolatas atque incorruptas possidere per fata licuit: Observat hinc interpres citatum codicem Autoris diu perditum atque amissum, alibi non exiguam mendorum copiam apprehendit in prostantia Autorum volumina à Deceptoribus Librariisq; illatorum. Veriti jam olim profani Scriptores, veriti sancti Patres, ne à librarii injusta manu violentur monumenta, & hariolati quasi de perfida hac depravatione, timidè ista reliquerunt: Audiatur unus ille Cicero, qui *Librariorum indiligentiam & fraudem semper eruditus suspectam & invisam fuisse*, asserit: Quid Hieronymi verba? *Id accidere plerisq; solere*, dum ait: *negligentiam Librariorum ad auctores referri*: Hinc adjuratio illa formidanda Eusebii, quando ad Transcriptorem ita: *Adjuro te, inquit, quicumq; hos descripseris libros per Dominum nostrum Jesum Christum, & ejus gloriosum adventum, in quo venit judicare vivos & mortuos, ut conferas quod scripseris, & emendes ad exemplaria ea, de quibus scripseris, diligenter; Et hoc adjurationis genus transcribas & transferas in eum codicem, quem scripseris*. Hæc ille. Verùm misis illorum scriptis, quid de Codice sacro dicendum? utpote in quo non doctrinam aliquam profanam, non beatitudinem temporariam, sed *ζωὴν αἰώνιον* habemus Joh. 5. 39. quemq; *ἐγενήθη* jubemur ab ipso Christo l. c. Sermonem iste liber non hominis continet, nec à nudo homine confectus est, sed est ipsissimum Dei Verbum per *ἀγίως ὁσὲν ἀνδρῶν πρῶτος* 2. Pet. 1. 21. scripto consignatum. Hunc cunctis codicem *γενεσθὶς πιστοπύου* 2. Tim. 3. 16. mendis scaterere, aut corruptum nobis hodie superesse putas?



At Christus ipse Matth. 5. 18. Donec Coelum & Terra pratercant, non perituum *ἵνα ἂν μὴ μὴται νεγαται δωρὸ τῶ νόμου* sanctissime promittit. Quare firmiter nos cum Orthodoxis statuimus, nunquam à Deo concessum esse aut iri, ut Verbum ejus sanctissimum corrumperetur, adeoq; *Mendas in Scriptura S. minime dari.* Cum verò non desint contradicentes, nec pauca dentur, quæ sententiæ contrariæ lucem videantur afferre, de hâc Controversiâ jam aliquantò fufius agere statutum habemus: Et cum plurima hâc de re dici queant, ut si dicta sint multa, plura omiffa videantur, im- præfenti nos non prolixi erimus in adducendis singulis Locis, è quorum fontibus Adversarii mendas eruere conantur, quæ tamen minus sint; sed breviter ac succinctè rationibus tantum allatis demonstrabimus, *Mendas graphicas in fontibus Scripturæ S. Veteris & Novi Testamenti verè non dari;* Et in fine rem omnem unicò exemplò brevissimè illustrabimus. Et ne quis miretur, quî Ego tam arduæ ac gravissimæ rei me intricare audeam, in frontispiciò lubens fateor, me non nisi ductum Orthodoxorum optimorumq; Theologorum per Dei gratiam in hóc specimine edendò esse lecturum. Tu verò summe Deus, ades cœpto clementer!

§. 2. Jam quod ad ipsam rem attinet, puritatem fontium sacrorum negant Pontificis quàm plurimi, præcipuis verò *Huntleus*, quem etiam à B. Waltherò in Offic. Bibl. pag. 82. *Goliathum, agmen Israël's exprobrantem* nuncupatum aliquando vidi. Sic autem ille *Tom. I. Controvers. 1. c. 8. Non solum est ambiguus Hebraicus Textus, sed in multis etiam locis depravatus.* Et paulò pòst: *Quare non rectè faciunt illi, qui confugiunt ad Textum Judaicum jam depravatum.* Quin eò ipsum deduxit audacia, ut blasphemiam hanc eructare non erubuerit; *Divinâ providentiâ istam depravationem esse factam.* Contrariam itidem sententiam fovent *Lindanus, Leo Castrius, Dominicus Garsias, Canus, Gregorius & Jacobus de Valentia, Johannes Mariana, Job. Morinus*, uti citantur à Dn. D. Caloviò in *Matæolog. Papist. & Hottingerò in Thef. Philol. Billarmino* etiam fontes multis in locis turbidos fluere; pronunciare non est religio, *lib. 2. de V. D. c. 11. Stapletonus Relect. Controv. quest. 3. Textum Græcum valdè dubium & incertum dicit, propter varietatem & dissonantiam maximam exemplariam, itemq; corruptelas varias.* E Socinianis  
 itidem



itidem nostram thesin negare deprehenduntur Socinus ipse, O-  
 sterodus, Smalcium & alii. De Muhammedanis non dicam, eos  
 etiam Judæis corruptionem Scripturæ impingere; Uti in *Suratâ*  
*IV. Muhammed* ait: *Ex illis, qui Judæi sunt, quidam corruerunt*  
*verba de locis suis, dixeruntq; , audivimus quidem sed repugnamus.*  
 Ast Muhammed, quando Exod. 19.8. dixerunt Judæi **כָּל אֲנַחְנוּ**  
**יְהוָה** *Omne quod locutus est Dominus נַעֲשֶׂה* faciemq; ex  
 pronunciationis similitudine pro ultimò posuit **נַעֲשֶׂה**

*& rebellabimus.* Sic Ibn Hazem peculiarem edidit tractatum,  
 quem inscripsit: *Demonstratio, Judæos & Christianos Legem &*  
*Evangelium corrupisse.*

§. 3. Ut autem constet, de quibusnam mendis hîc loci no-  
 bis sit sermo, in genere observamus, negari non posse, editiones  
 Codicis S. in publicò etiamnum hodie proflare, quæ à vitiiis Ty-  
 pographicis, fortean ex incuriâ Typothetæ & Correctoris, omni-  
 nõ sunt liberæ ac immunes. Dantur etiam quædam  
 exemplaria, in quibus nonnulla consultiò ab hæreticorum dolo  
 sunt mutata: qualis est fraus illa *Jesuitarum*, qui anno 1572. Anta-  
 verpiæ in Bibliis interlinearibus in locò illò Gen. 3. 16. pro genui-  
 nâ lectione **וְהָרְיָה** posuerunt **וְהָרְיָה** additò circellò variæ lectio-  
 nis; in posteriori tamen editione id vanissimum conamen in-  
 terminasse eos testatur *Hottingerus* & alii. Sic etiam Muhamme-  
 dani insimulant *Samaritanos* Legis Mosaicæ profanè corruptæ;  
 Et R. D. Kimchi refert de *Achabo*, quòd deleverit nomina DEI  
 & locò illorum scripserit *BAAL*, hòc modo: **בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית**  
**הַבְּעֵר** *In principiò creavit Baal &c.* Ita dictum illud i. Joh.  
 5.7. *Τρεῖς εἰσὼν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ ἔργῳ* &c. è nonnullis edi-  
 tionibus erasum putatur ab iniquis *Arianis*. Ast de mendis istis  
 particularibus non est quæstio, sed de universalibus. Neq; verò,  
 quantum ad *Vetus Testamentum*, loquimur hîc de iis quæ per  
**קרי וכתוב** Masoretharum, quos **כנסת הגדולה**  
*Viros Synagoga Magna* Ebræi fuisse asserunt, ferme omnes, sunt  
 annotata: Masoram enim, quæ Rabbiniis **סוג לתורה** i. *seps*  
*legis* dicitur, non solùm annotasse simplicem anomaliam Gram-  
 maticam in textu occurrentem, aut ubi quid mysterii quæsi-  
 vere



re Judæi; verùm etiam cùm pro sine habuerint præservationem  
 Scripturæ à futurâ corruptione, quæ forsan vitia orthographica  
 invenerunt, emendata tradidisse, facillè largimur. Verùm ab  
 hæc Masoretharum curiosâ observatione menda graphica an dentur,  
 hic controversitur. De hinc varias dari lectiones Novi Testa-  
 menti, incipias ire non poterimus, quæ tamen pro mendis non  
 sunt habendæ, veluti nos h. l. terminum istum intelligimus;  
 Textus enim, etiam si aliquantulum in nonnullorum codicibus  
 sit mutatus, ac variant lectiones in eò, non tamen corruptus est  
 dicendus aut mendis repletus; Accidere siquidem illud potuit,  
 quia forsitan non ita Criticum hic habetur, ceu in Veteri Testa-  
 mento Opus Masoretharum, quos non minùs pulchrè quàm sci-  
 tè R. Aben Ezra העררי חומרי s. *custodes murorum civi-*  
*tatis, propter quos lex Dei persitet*, vocavit; ut ita ex carentiâ ta-  
 lis censuræ exactissimæ varietas Græci Textus facillè oriri pos-  
 set. At verò, uti infra dicemus, nostræ sententiæ id non obsta-  
 bit; vel enim etsi sint variæ lectiones, non variant sensum, vel si  
 varietur ipse, non est contrarius catholicæ fidei: Nec deniq; va-  
 ria lectiones mendas arguunt, sed tantùm aliquam codicum am-  
 biguitatem, adeoq; nec pro mendis sunt habendæ.

§. 4. Proinde nos statuimus, In fontibus Sacra Scriptura  
 Veteris & Novi Testamenti post Opus Masorethicum constructum, in  
 se spectatis non deprehendi menda universalis, quæ sensum fidei con-  
 trarium pariant, nec deprehensum iri ad consummationem seculi:  
 Et si quæ diversitas lectionum Novi Testamenti ex transcriptione, ex-  
 positione, correctione sive pia sive inimicæ mentis nata quandoq; sit  
 in propatulo, eam vel ad exemplarium antiquissimorum ac probato-  
 rum fidem, vel ad Scripturæ fideiq; conformitatem ηνωμένως qui-  
 dem, non διπνουμένως esse examinandam.

§. 5. Atq; his præmissis sententiam nostram, quæ pronun-  
 ciavimus, Mendas graphicæ in Scriptura S. codice non dari, idq; nec  
 in Veteris neq; in Novi Testamenti Textu, ordine quoad utrumque  
 membrum nunc sumus confirmaturi. In primò igitur Theodos  
 nostra membrò, ob duò diversa tempora etiam duò asseveramus,  
 videlicet nec ante, nec post Christi Adventum mendas universales in  
 Textum Hebræum Veteris Testamenti irrepsisse; quæ singula quoq;  
 in sequentibus probabuntur. §. 6.



§. 6. Dum nunc asseritur à nobis , *Non ante Christum incarnatum existisse Mendas in Veteris Testamenti Textu*, primò probabamus id à *Conditione Veteris Testamenti* : Si enim menda fuissent ante Christum natum illata in Codicem Sacrum , Christus & Apostoli non reticuisissent falsarium istud crimen, cùm leviora reprehenderint ; *neq;* ad codicem Ebræum ac fontem nos ita remississent, uti factum Matth. 23. 23. Joh. 5. 39. Act. 15. 21. Luc. 10. 26. c. 16. 29. *præterea* dogmata sua ex Mosis & Prophetarum scriptis non ita passim confirmassent, quod fecere Joh. 5. 46. Matth. 22. Luc. 4. 17. c. 24. 20. Act. 18. 28. c. 24. 14. c. 27. 23. *nec deniq;* Paulus credidisset *OMNIBUS*, quæ scripta sunt in Mose & Prophetis, quod tamen fassus est Act. 26, 22.

§. 7. Deinde id probamus à *Conditione Judæorum* : *Nam si menda irrepissent in Codicem Hebræum, id factum foret aut præter voluntatem Judæorum, aut horum voluntate ; At neutro modo hoc potuit fieri. E. planè non factum. Non priori, quod plene jubare elucescit vel ex solâ Judæorum curâ & industriâ, quam contulerunt in Masoræ constructionem, utpote operis nunquam sat laudati : In hoc enim ipsi versuum, vocum & literarum accuratissimè annotârunt numerum, affectiones, locum, & sensum. De quò stupendò ac herculeò labore prolixè agit Buxtorffius Tiber, c. 18. In numeratione versuum tanta fuit eorum curiositas admiranda, ut observarint etiam, in quò capite cujusvis libri sit medius versus, e. g. in Genesi, ubi 1534. numerant, medium notarunt extare c. 27. 40. Quis ergò præter horum voluntatem vel ex incitiâ vel incuriâ Librariorum menda universalialia esse immissa textui sacro asseverabit, post hunc sudorem Masorætharum incredibilem ? Ante hanc verò susceptam operam *αὐτογρηφὰ* habuerunt ipsosq; vivos adhuc viros *θεοπνεύστους*, ad quos immediatè Dominus locutus est, ut Scribæ itaq; sua scripta potuerint conferre atq; ad exemplar examinare accuratius ; Hinc etiam tùm temporis *nullas exortas esse hæreses*, putat *Cuneus de Republ. Ebr.* *Nec posteriori, quia Judæi nec voluerunt nec potuerunt mendis depravare Textum Sacrum*, uti ex immediatè sequentibus patebit.*

§. 8.



§. 8. *Non voluisse* Judæos adulterare Textum Sacrum ante Christum natum, liquet *cum ex Diligentia Judeorum stupenda in Masorâ præstitâ ad custodiam integritatis Biblicæ, quorum finis non potest dici fuisse corruptio fontis, quin potius ejusdem præservatio à corruptione; uti laborem hunc divinæ utilitatis laudat Magnif. Dn. D. Calovius in Crit. S. Diatr. 6. religiosamq; Masoretharum tractationem Operis multis prædicat, unâ cum reliquis Masoræ Encomiastis: tùm verò ex Religione Judeorum erga Sacrum codicem; Sic enim Philo doctissimus scribit, quemlibet Judæum millies potius moriturum, quàm ut pateretur legem in aliquò mutari. Et Polanus in Syntagm. l. 1. c. 37. ait: Ab ipsis Judæis sancitum est legibus, cum qui aliquid in Bibliis mutet, peccatum committere inexpiabile; Quam religionem Adversarius imprudenter ad Judæos modernos restringit: Nam vetustissimi illius Judæi Flavi Josephi verba apud Euseb. l. 3. c. 9. Histor. Eccles. ex 1. antiqvit. Jud. volumine excerpta reperiuntur, quæ hæc sunt: Πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν ἐν θυῶν ἐκ πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις ὑπέρ τῶν δογμάτων τοῦ Θεοῦ, εἰ δέοι, θῆσκειν ἡδέως ἰ. e. Omnibus Judæis quasi insitum est & innatum ab ineunte ætate, pro præceptis Dei, si opus sit, vitam libenter profunderere; Paulò ante enim dixi, tanto & tam diuturnò ævi curriculò neminem Scripturæ S. vel addere, vel adimere, vel quicquam denig, in eadem commutare ausum esse.*

§. 9. *Non potuisse* Judæos depravare Scripturam S. ante Christum natum, clarum est inde, quia Judæis concredita fuerunt λόγια Θεῶν Rom. 3. 2. & Judæos idèo capсарios nostros vocat Augustinus; repugnet verò, Deum Corruptoribus concredidisse verbum suum sanctissimum, quod incorruptum voluit servari, & tempore Moysis cæterorumq; Virorum Θεοπνεύτων tam sanctò studiò in Latere Arce Fæderis asservari jussit Exod. 24. 7. quis enim postea illud à DEO impiis corruppentium manibus relictum esse statuet? providentia potius ipsius singulari modò id custodire potuit atqve etiam voluit, quoniam testatur de jam jam incarnatò Christo, Salvatore mundi. Igitur hic præcipuè urgemus ἀκοίμητον Θεῶν ὀφθαλμῶν ac providentiæ divine



*divina sedulam curam*, propter quam Judæi ne literam quidem potuerint mutare aut perdere in SS. Dei verbò. *Praterè etiam Masora Opus à Judæis ipsis confectum* adduci potest pro probandà illà *adverbia* corruptionis, & ante ipsum Opus *presentia* *ἀποργαφῶν* ac *Virorum Θεοπνεύτων*. Deniq; nec omittendum, *semper extitisse Viros Sanctos, qui curarunt Bibliorum S. conservationem à mendis his universalibus*; Sic *Ptolomai* factum notissimum est, quòd S. Codicem à LXXII. Senibus transferri & cum exemplaribus accuratissimis antiqvissimòq; *ἀποργαφῶν* conferri jussit. Ut itaqve si vel maximè voluissent Judæi mendum aliquod Textui Sacro inferre & ad posteros propagare, voluntatem suam minimè exercere potuerint.

§. 10. Alterò locò asseritur à nobis, *Non post Christum incarnatum irrepsisse mendas universales in Veteris Testamenti Textum Hebraum*. Quod probamus primò à *Conditione Veteris Testamenti*. Si *Vetus Testamentum à mendis universalibus immune, mansit idem post Christum natum, & idem id semper mansurum promissum est à Deo, sequitur nec post Christum natum Vetus Testamentum mendis depravatum iri, nec esse; At ve um prius*. Ergò. Major suà radiat luce, nec indiget probatione. Minor verò probatur, tùm quia *Testimonia ex Veteri Testamento in Novò allegata, adhuc in Mose & Prophetis eòdem modò quò citata sunt, inveniuntur*; quoniam igitur concedunt adversarii anteqvàm allegaretur, non esse depravatum Textum Ebræum, nec corruptum eum mendis dicere poterunt post allegationem, cùm idem utrobique deprehendatur: tùm *ex promissione Christi* Matth. 5. 18. nobis factà it. Luc. 16. 17. Donec cælum & terra transeant, ne unum jota quidem aut unus apex cadet de lege. Quòd si ergò de lege Dei ne unus periturus est apex post Christum, ante Christum verò non periisse concesserunt adversarii, & ante evictum est; fateri ipsi necesse habebunt, ad consummationem seculi *Vetus Instrumentum non depravatum iri*. *Ob hanc enim providentiam divinam, quà Deus Ecclesie suæ semper prospicit, non verisimile esse, ait ipse Bellarminus, ut verba tot illustrium Prophetarum* (addit generaliter) *falsarentur*.



§. 11. *Dehinc probamus id à Conditione Judæorum, quia nec post Christum natum voluerunt aut potuerunt Judæi mendas Textui Hebræo inferre eundemq; depravare, quod ordine in subsequentiis probabitur.*

§. 12. *Non voluisse Judæos aut velle unquam mendis corrumpere S. Textum post incarnatum Christum, inde manifestum evadit, quia Judæi inimicas manus apprimè in Loca de Salvatore Christò & stantia atq; agentia intulissent, si voluissent quicquam depravare in Scriptis Veteris Testamenti; verùm id non factum esse, cuilibet fragrantissimum istud de Christò testimoniorum myropolium ingredienti accurateq; circumspicienti satis constat; neq; per religionem ipsis unquam licuit, ullam depravationem tentare in Targumim Chaldæorum, qui tamen unà cum Masorâ ipsâ sapiùs doctrinam de Messîa magis illustrant. Hinc rectè Bellarminus ipse l. 2. de V. D. c. 2. Sape, ait, Codices Hebræi magis Judæos vexant, quàm Græci & Latini. Deinde repetimus etiam hîc supra adductam religionem Judæorum, quæ si fides non deroganda Polanos in posteros propagata est: Unde etiam ipse Philo Judæus, qui vixit post Christi nativitatem, prædicans religionem Judæorum mirabundus dicit; Usq; ad sua tempora per spatium 2000. annorum ne verbum quidem fuisse in Legge mutatum, uti citatur ab Eusebiò l. 8. c. 2. præparat. Evang. Quin imò ipsi ad eò scelereis ejusmodi rei esse noluerunt, ut tale commissum in Christianos, (quanquam sine ratione) conferre studeant, ut est apud August. Iustinianum Episc. Neb. comm. in Psalm. 118. & R. Gedaliam, qui ideò gentes (christianos intelligit) accusat apud Magistratum de calumniâ istiusmodi, in Schalsch. Hakkab.*

§. 13. *Non potuisse Judæos aut posse unquam menda universalia immiscere S. Textui Hebræo Veteris Testamenti post incarnatum Christum, etiam demonstrari potest. Nam quæquam providentiam divinam allegavimus supra, eam hîc repetimus, cum nunc certiores de eâ simus ex promissione Christi locis antea citatis factâ: propter hanc enim vigilantem Dei providentiam non poterunt Judæi violare S. Textum ullâ mendâ aut*

cor-



corruptione. Præprimis etiam assertum nostrum pro nobis  
 probat *Buxtorffius in Tiber. ex Masora utriusq; de singularum dictio-*  
*num Biblicarum locò ac numero testimoniis infallibilibus*, ut ita  
 prius universa Masoreth exemplaria à totò orbe auferenda sint  
 & comburenda, quàm feliciter tentari possit corruptio Textus.  
 Insuper addo: *Si post nativitatem Christi corruptus est fons He-*  
*braeus à Judæis, aut id factum est superstitibus Apostolis, aut post ho-*  
*rum tempora; Sed neutrum dici potest. E. planè non corruptio fa-*  
*cta est, aut mendum illatum. Non prius dici poterit, quia Aposto-*  
*li ceu custodes hujus SS. Depositi mendas statim perspexissent,*  
 si quæ advenissent, atq; admonitiones de cavendis iisdem tradi-  
 didissent, ut supra dictum. *Nec posterius obtinerit poterit, quod*  
 ex tantà *Exemplarium Biblicorum copiâ* quæ christianis superest,  
 & dilatatione puri Verbi Divini eradiat: Etenim audiamus hâc  
 de re differentem *Augustinum l. 15. de C. D. Absit, inquit ille, ut*  
*prudens aliquis Judæos cujuslibet perverſitatis atq; malitia tantum*  
*potuisse credat in Codicibus tam multis & tam longè lateq; dispersis.*  
 Accedit cura *Magnatum religiosorum: De Ptolomæo testatur ipse*  
*Tertullianus in Apologet. c. 18. quantæ ipsi fuerit curæ aservatio*  
 Codicis Sacri; Ad sua enim tempora in Regis istius Bibliothecâ  
 Volumina Græca LXX. Interpretum cum Exemplaribus He-  
 brais accuratissimis observata fuisse asserit laudatus Pater. Et  
 sunt etiamnum hodie Magnates laudibus ad cœlum efferendi,  
 qui accurata Bibliorum exempla edenda curant, quæ antè à Vi-  
 ris Christianis Lingvæ S. gnaris exactissimè sint examinata, quàm  
 Typographi prelo subjiciantur, aut aliis legenda tradantur; ut ad-  
 eò Judæi tamen velint, nobis corruptelas aut menda Textus Sa-  
 cri obtrudere haud unquam valeant. Hactenus de Veteris Te-  
 stamenti mendis demonstratum est, eas reverà universales nul-  
 las esse, jam de Novò Instrumentò idem dicetur in sequentibus.

§. 14. *Alterum itaq; Theseos nostræ membrum, in quo af-*  
 firmavimus, non dari menda universalia in Novi Testamenti  
 Textu Græcò, evinci poterit plurimis rationibus, quæ prius e-  
 victum, additis tamen paucis aliis. Etenim urgemus præci-  
 puè *Providentiam divinam, quæ circa Novum Testamentum non*  
 minor erit quàm fuit circa *Vetus Testamentum; cum utrumq;*



Deum pro efficiente principali, & pro fine Dei agnitionem, agnitiq; glorificationem habeat, quin & utrumq; mysteria fidei contineat, inq; veram salutis viam nos ducat: Adeoq; cum eandem causam efficientem principalem, materiam, formam atq; finem habeat Novum Instrumentum cum Veteri, eandem etiam providentiæ divinæ certitudinem ipsi adscribimus. *Spiritus enim S. Scripturam Evangelicam dictavit, non autem scripsit suis, sed Amanuensum suorum Evangelistarum & Apostolorum manibus, ait Costerus in Enchirid. c. 1. idque ex Augustino l. 1. de conf. Evang. ult.* Ergo etiam eâ ratione, prout dictavit & inspiravit Verbum suum Deus, inviolatum atq; à mendis immune in Ecclesiâ conservabit. Hinc alibi ita idem *Costerus: Scripturam S. Spiritus S. dictavit, singula verba composuit, & suis locis constituit, ut nec Jota, nec unus apex superfluat.* Et sanè, uti Christus intercessione suâ impetravit, ut Ecclesia sanctificaretur *ἐν ἀληθείᾳ, ἐν λόγῳ Θεῷ*, Joh. 17. 17. ita sine dubio etiam obtinuit, ut istud Verbum Dei in Ecclesiâ, quippe quò sanctificata est, incorruptum conservaretur.

§. 15. Deinde etiam *Curam Patrum & Sanctorum Virorum circa conservationem Novi Instrumenti* nunquam defuisse aut defuturam esse certò credimus. Insuper *Scripturam S. normam esse* vult Ecclesia Deus ipse perpetuam & infallibilem tum doctrinæ & fidei, tum vitæ ac morum, E. pura sit & incorrupta oportet, quòd autoritas ejus simul servetur; *Si quid enim, quantumvis minimum in Novo Testamento falsatum esse dicatur, omnis Novi Testamenti fides autoritasq; adimitur:* Sunt verba *Sixti Seneffis lib. 7. Bibl. S. Har. 1. Magnif. Dn. D. Calovius in Crit. S.* etiam argumentum aliquòd desumit à Pontificiorum quorundam hypothesis, ut *Hunlai, Bailii, &c.* quâ volunt, verum & antiquum Græcum Textum etiamnum hodie extare in Bibliothecâ Vaticanâ Romæ; *Quid ergò, ait, litigant Adversarii de corruptione, cur non promunt textum verum & incorruptum? Καὶ ἀνθρῶπων* autem se disputare ipse fatetur l. c. Præterea, cum nulla hætenùs documenta sufficientia mendarum ab Adversariis sint prolata, sententiæ nostræ aliqua lux accedit: Rationes enim eorum, seu potius conjecturas infra cuilibet ponderandas sistemus, & quid respon-



responderi possit, aut à Nostratibus respondetur, addemus ibidem; Loca verò, è quibus forsàn menda talia demonstrari posse videntur, cùm ad satiem ea ab omni corruptelæ suspitione depurgata inveniãmus passim ap. Orthodoxos Theologos, non est quòd singula multò labore ac tædiò afferamus in medium, appendemus tñ. Specimini huic nostro Philologico-Theologico in fine exempli vice unum locorùm istorum, quæ ab adversariis aliàs mendosa ducuntur, breviterq; Orthodoxorum sententias de eò exhibebimus. Jam verò perfringenda sequuntur repagula Adversariorum, quæ veritatis obtegendæ causâ ipsi machinantur.

§. 16. *Contra Theseos nostra primum membrum* plurima obijciunt adversarij, qui tamen inter se ipsi non consentiunt: Alii enim pugnant pro mendis ante Christum natum in Textum Hebræum illatis; & hi contradicunt nostro Asserto § 6. seqq. demonstrato: Alii verò Judæos Fontem Hebræum mendis replevisse post incarnationem Christi, contendunt; quod est contra assertum à nobis §. 10. seqq. evictum. Singulorum argumenta nunc considerabimus.

§. 17. *Galatinus* eorum Choragus est, qui statuunt, ante *Novi Fœderis tempora* mendas irrepisse in Hebræum Textum, cui Dn. D. Calovius socium adjungit *Porchetum*. Urgent verò hujus sententiæ defensores potissimùm *Notas Masoreticas*, קרי וכתוב it. עטור ותקון ספרי h. e. ex *varietate lectionis, Scribarumq; ablatione & correctione* (uti vocatur) depravationem probari posse putant. Hanc sententiam etiam ex parte fovere videtur *Bellarminus l. 2. de V. D. & Genebrardus l. 2. Chronol.* dum à Masorethis emendatum esse Hebræum Codicem asseverant. Verùm enim verò addant hi etiam פסקה Masoretharum, nil morabimur. *Resp.* autem, *De Keri & Cherib*, Temeraria collectio: In Masorâ exhibentur variæ lectiones, correctiones & depurgationes Hebræi textus, E. Masora arguit corruptionem, Nulla consequentia. Quantum enim ad *diversitatem lectionum*, illa non sufficiet ad probandam corruptionem, nam diversas lectiones annotare non est corrumpere Textum, aut corruptum Textum tradere, quia קרי וכתוב voces tradit, quæ salvò genuinò sensu præter eas in textu positas recipi possint, & à nonnullis sint simul receptæ. Deinde, ut de



emendatione τῆς Keri & Chetib pauca monēamus, Masora propterea non corrigit aut corrumpit, vel corruptum Textum exhibet, dum quorundam σφαλμάτων γενομένων non quidem in sententiis, sed tantum in elementis, fortè ex Scribarum incuriâ, deprehensorum emendationem ex fide probatorum exemplarium indicant, relictis tamen integris, quæ diu receptæ fuerunt, vocibus; adeoq; non emendarunt Masorethæ, sed emendationes doctissimorum Virorum & probatorum exemplarium annotarunt, aut diu annotatas exhibuerunt: Præterea nec semper Keri marginale præferendum esse statuimus textuali Chetib, cum Criticam istam haud ejusdè autoritatis cum Textu aut Ἰσὸς πνεύσου habeamus. Sic itaque hòc suò argumentò quæ Keri & Chetib puritatis & conservationis studium, non corruptionem Textus arguunt Adversarii: Ante opus enim Masoretharum multa volumina mendas scriptorias circa tempora Captivitatis Babylonicæ sortitas esse, ultrò largimur; sed in tempore huic incommodo præventura esse dicimus à Sanctis Viris, easq; juxta probata ac antiquissima exemplaria ex providentiâ Dei singulari esse annotatas.

§. 18. *De Ittur & Tikkun Sophrim Resp.* à B. Glasfiò in Philol. S. contra Galatinum prolixius disputante novem rationibus probatum esse, Tikkun Sophrim esse Fabulam Talmudicam, aut si non sit Fabula, non esse corruptionem, sed veram emendationem ab Esdrâ factam. Probat autem id 1. à Christi silentio, 2. à Judæorum Religione, 3. à Rationum Facilitate, 4. à Scribarum Autoritate, 5. à Sententiæ Incertitudine, 6. à Ⲁⲓⲓⲡ Collatione, 7. à Targumistarum Translatione Chaldæâ, 8. à Sensû Scripturæ Integritate, 9. à Locorum talium Consideratione; Quæ ad hæc excipi possent, facile ex ipsius Autoris verbis solventur. Nos, ut etiam quod nostrum est faciamus, breviter hæc annotamus: Pro Pontificiis hoc argumentum quæ Ittur & Tikkun Sophrim nihil facere, quod agnovit ipse Bellarminus l. 2. de V. D. c. 2. dum inquit: *Imprudenter quidam dum se Hebræos oppugnare credunt, Ecclesiam ipsam oppugnant; Si enim correctiones Scribarum sunt Hebræici textus corruptiones, sequitur aperte, vulgatam quoq; editionem esse corruptissimam, quam tamen Ecclesia nobis pro versione aut bonicâ tradit.*



dit. Hæc ille. Collectionis verò ipsius ratio hæc est, quia antea demonstraverat, *Latinam versionem in plerisque sequi correctiones Scribarum*. Deinde, ut ut Ittur & Tikkum Sophrim dari concedatur ex autoritate Masoræ, quæ Esdras autorem constituit, quia locum Num. 11. 15. expressè תיקון עזרא *Tikkun Ezra* vocat, prætereà Autores Masoræ aliàs sæpè ספרים dicuntur; attamen notandum, quid ista Criticâ velit. Scilicet 5. loca dantur, quæ Masora ספרים עטור *f. Ablationem Scribarum* dicit, ubi Esdras cum sociis abstulit (h. e. ad textum nil spectare monuit) literam י, quam à Vulgò majoris perspicuitatis gratiâ additam invenerat, adeoq; frustraneâ judicaverat. Deinde occurrunt alia loca 18. תיקון ספרים *f. Correctio*, aut (ut malunt alii) *Ordinatio Scribarum* vocata, ubi Esdras ejusq; Collegæ id quod primâ facie majestati divinæ natuâ repugnare putabant, etiâ anteâ ita lectum vel scriptum fuisse observarunt, adeoq; *ordinarunt*, non aliter id legendum esse. Quid ergò inde deduci possit pro probandâ depravatione, quilibet prudentum videt. *De Piska f. Pausâ* non est quòd dicamus, cum constet ex vocè, per eam ellipsin sensûs indicari, qualia loca Buxtorffius enumerat 23. in suâ Tiberiade, ubi hæc de re plura habet: Waltherus his nonnulla adjicit loca ex suâ autoritate in Harm. Bibl. ad locum Gen. 4. 8. Relinquitur itaq; correctionem non esse corruptionem, aut si à priori spectetur, argui, particulares olim fuisse mendas S. Codicis, quibus prævenerint docti sanctiq; Viri, ne in plura exemplaria dispergantur. Atq;ve ita cautio quædam solidum inde est colligenda.

§. 19. Jam quod ad eorum Objectiones attinet, qui *post tempus Novi Instrumenti* Vetus à Judæis mendis depravatum esse contendunt, breviter easdem dispiciemus, & quæ futilia brevibus excutiemus. Antequam verò rem aggrediar, distinctionem *temporum* cum ipsis Adversariis libens agnosco, quæ est in *ante Hieronymianâ*, & *post Hieronymianâ*. Quidam de his, quidam de illis corruptionem Hebræi Textûs à Judæis factam asserunt. Distinctionis verò hujus fundamentum est Papiolarum hypothesis de versione vulgatâ, quam Hieronymo tribuunt atq;ve authenticam dicunt.



§. 20. *Qui ante Hieronymi tempora mendis corruptum esse* Textum Hebræum à Judæis volunt, eorum Achilles est *Autoritas Patrum*, ut *Iustini, Eusebii, Origenis, Chrysofami, Hieronymi*, qui suspicantur, Judæos quædam erasisse ex Hebræis Codicibus, quædam in odium Christianorum corrupisse. *Resp.* Si autoritate pugnandum foret, quam tamen nos normam hîc neutiquam fecimus, non adducendæ essent suspiciones Virorum, sed ex conscientia asserentium demonstrationes. Deinde verò *Salmeroni Jesuite* Jesuita *Serarius* ad hoc argumentum respondit olim, Hos Autores de Translatoribus & Interpretibus, partim LXX. Græcis, partim Aquilâ ac Symmacho locutos esse, quod & testatur *Bellarminus l. 2. de V. D. c. 2.* Sententiam hanc etiam refellunt Pontificii reliqui fermè omnes (intellige autem eos, qui post Concilium Tridentinum scripserunt, ut tueantur hi Concilii decretum de vulgata versione) Sic enim *Franciscus Ribera in c. 9. Os. n. 20.* cujus unius ex multis verba allegabo: *Hebræos codices, inquit, suâ etate existisse incorruptos gravissimis verbis testatur Hieronymus in c. 6. Es. & Augustinus l. 15. de C. D. c. 13. & ante eos Origenes in 8 volum. explanat. quem ibidem citat Hieronymus.* Hactenus verba Francisci.

§. 21. Ad eandem hanc Adversariorum classem videntur referendi illi, qui *Odium Judaorum* plus quàm Vatinianum in Christianorum fidem pro adversâ sententiâ corroborandâ adducunt, ut sunt *Jacobus de Valentiâ, Canus, Lindanus, Humfredus Parliamentarius*, aliiqve. Verùm quàm leve hoc sit argumentum, Providentiam Dei potentissimi fatiùs perpendenti facilè innotescet: Dicta enim, quibus nostram fidem munimus, eorumqve falsa dogmata refellimus, incorrupta adhuc in S. Codice Hebræo habentur, ut adeò ipsorum inimicitiam, quanta quanta ea sit, nil efficere posse cuilibet sit videre.

§. 22. Qui verò sententiam hanc, post *Hieronymi tempora* mendis refertum esse fontem Hebræum, propugnant, Antesignanum habent *Nic. Serarium*, quem sequitur *Gordonus Huntlaus, Job. Marianus* & alii. Adducamus præprimis Huntlaum hîc, qui *Notas Masoreticas*, at ex falsâ hypothesi clypeum suum facit. Destruendæ v. præcipuè erunt duæ *hypotheses* falsæ, quas alit citatus Autor, & in *Epit. Controv. 1. c. 9.* proponit: *Prior est, Masoram in con-*



conventu Tiberiensi anno 508. conscriptam esse; *Alter* pun-  
 ctorum & accentuum Autores esse istos viros Tiberienses. Sen-  
 tentiam hanc suam ipse Gordonus ex Eliâ Levitâ Judæo Ger-  
 manô hausit; cujus verba in præfat. rhythmicâ i. in Masoreth  
 Mammaforeth hæc sunt: רוב כתיב אנשי זוהי המעשרה  
*Magna caterva Virorum istius operis* (scil. Masoræ) *tunc Tiberiade*  
*morabatur, Manus eorum fuit initio in sapientiâ eâ laudatâ,*  
 גם המעשים היו שמים גם המצוינות דרתי הנקוד *Etiam invenit* (ipsa caterva) *legem*  
*punctationis, Ab illis ista nobis est tradita,* גם המעשים היו שמים  
*Etiam accentus apposuerunt, ut iis תורה (Lex) esset explicata.*

§. 23. *Ad Primum, de invento Masora Resp. De tempore*  
 quidem hujus conventus Tiberiadici inquirendô nos non pro-  
 lixos fore, sed daturus esse ex hypothesi, anno 508. fuisse eun-  
 dem institutum, quô autem tempore conscriptum putabit Ad-  
 versarius Opus Thalmudicum? Sive ergo spectet is *Talmud Je-*  
*ruschalmi*, quod anno 230. Autore R. Iochanan ( non autem  
 Rabban Iochanan Zaccæide, Hillelis discipulô, & Simeonis qui  
 Christum ulnis excepit condiscipulô) receptum dicitur in *Da-*  
*vidis Ganz Tzemach David fol. 44.* Sive *Talmud Baveli*, quod anno  
 500. ex *Mischva & Gemara* constans, absolutum est, referente  
 laudatô R. David l. c. uti ille ipse allegatur à Buxtorffio in Bi-  
 blioth. Rabbin. utriusque mentionem fieri Masoræ videbit. Quo-  
 modoligitur tempore post Talmud potest ea esse conscripta?  
 Tamen quidem *Calvisius* Talmudis Babylonici perfectionem in  
 annum 506. *Baronius* cum *Sixto Seenensi* in annum 476. incidere  
 putent, sufficit tamen ante tempus Concilii Tiberiadici anno  
 508. (ex hypothesi) habiti conscriptum esse Talmud, quod Ma-  
 soræ mentionem facit. Plura habentur apud *Buxtorffium* in *Ti-*  
*ber. l. i. c. 8.* qui Keri & Chetib expressè mentionem fieri in tr. Ne-  
 darim f. 37. &c. asserit. Ergo colligimus, Masoram non à Ma-  
 gistris Tiberiensibus esse inventam, sed diu ante ipsorum con-  
 ventum. Ipse insuper *Elias sibi non constare videtur*, cum aliô  
 in locô dicat, וסיעתו ער עורה usq; ad *Esdræ & collegium*  
*ejus tradidisse Masoram* איש מפי איש alterum alteri oretenus.  
 Quin imò audiatur idem *Elias* Certum est, inquit in præfat.  
 3. Authores Masoræ centenos & millenos fuisse דור אחר דור  
 כמרה



שנים כמון una generatione post aliam seculis pluribus;  
 וְהַתְּחִלָּה לִּי נִדְעָ לָנוּ זְמַן הַתְּחִלָּה Neqve cognitum nobis est  
 tempus principii eorum. Ut adeo vel verba ista aliter expli-  
 canda sint, vel citatus Judæus secum ipse dissentiat. *Autorita-*  
*te etiam Elia Levita non stare cogimur,* quicquid proferat ex eò  
 Adversarius; sed opponimus eidem aliorum Rabbinoꝝ autori-  
 tatem, *R. Kimchi,* itemq; ipsius Elia Coartanei *R. Jacobi Ben*  
*Ghajim Afri Tunetani,* aliorumq; ferè omnium Judæoꝝ, qui  
 Esdram cum collegis Masora conscriptionis Autorem agno-  
 scunt. Et quanquam *Elias, Cappellus,* & alii in hanc & sequentem  
 alteram sententiam adversam allegent *R. Aben Esram;* tamen  
 Buxtorffius hunc ne ansam quidem præbuisse istius asserti, mul-  
 tis probat de Orig. Punct. Quid? quod non pauci planè *figmen-*  
*tum Elianum* esse putant istum conventum Judæoꝝ in urbe  
 Tiberiade institutum, nec in Ebræoꝝ historiis & rei veri-  
 tate fundatum.

§.24. Statuimus nos proinde cum doctissimis atqve pro-  
 batis Autoribus, Mosis tempore & aliquandiu post eum adfuis-  
 se *αὐτόπιστα* S. Codicis, & Viros ipsos *ἑσθητικούς*, adeoque  
 tali opere Masorethico non opus fuisse; post Captivitatem Ba-  
 bylonicam verò, quia antea tantà in calamitate studium sacrum  
 non ita servidè processerat, (cùm *quicquid est sanctum, jaceat in-*  
*ter arma, & pietas langvescat ubi non est pax,* ut Stygelius canit)  
*Esdra,* cui divinà autoritate & jussu Regis Artaxerxis demanda-  
 ta erat Ecclesiæ & Politicæ reformatio, cura fuit præcipua circa  
 Sacrum Codicem Scripturæ, quem cum Symmittis & *συμπεριτοῖς*  
*Haggæo, Zachariâ, Malaebîâ, Daniele, Nebemiâ, Zorobabel* &c. be-  
 nè disposuit, ad fidem antiquissimorum ac probatissimorum  
 exemplarium aut scripti authenticici accuratè examinavit, & sic  
 ubi discrepantiam observavit, diligenter veram annotavit lectio-  
 nem, punctoꝝ & accentuum diligentem rationem habuit, &  
 qui sunt reliqui infiniti Virorum istorum labores circa præser-  
 vationem textûs perpetuam, quos ex Dei singulari providentiâ  
 & instinctu susceptos existimamus. Si verò Huntzxo conceda-  
 mus ex Elia autoritate, talem Synodum in urbe Tiberiade habi-  
 tam fuisse, tunc in eâ non corruptionem Sacri codicis, sed Maso-



ræ restorationē lae inspectionē esse factam putandum est, quod  
 Gordonus ipse testatur, dum ait; Ut tanto *incommodo occurre-*  
*rent*, convenisse, Judæos: Corruptionem verò introducere, non  
 potest dici incommodo occurrere: Sic Elias ipse idem testatur,  
 quando ait: Post laborem Masoretharum impossibile est, vel  
 cecidisse vel cadere posse שנוי vel חלוקה *mutationem aut deprava-*  
*tionem* in sacros libros, cum illi numerarint non saltem versu  
 & voces, sed & האותיות literas; Ubi nihil de depravatione Ti-  
 beriesium inculcat.

§. 25. *Ad Alterum, de invento Punctorum & Accentuum*  
 Resp. Eandem rationem de Tempore hujus Concilii Tiberiadici  
 contrarium probare posse, quippe olim Masorethæ, quorum  
 Ducem ac Præsidem fuisse Esdram longè antiquiorem Talmude  
 ex testimoniò doctorum omnium supponimus, in Opere suo de  
 punctis & accentibus judicarunt, ac rationem eorundem habue-  
 runt. *Deinde Buxtorffius* l. c. plurimis probat exemplis, Magi-  
 stros Tiberiensis multa de anomaliis & irregulari usu vocalium  
 tradidisse atque observasse; quomodo ergò poterunt esse Auto-  
 res punctorum, cum certam punctationis rationem instituerent  
 penes ipsos haud fuerit, sed tantùm anomalias annotare? *Ab*  
*hoc nemo historicorum Ebræorum hâc de re, quæ tamen non i-*  
*ta parvi momenti est, quicquam tradit; hinc solius Elia Levitæ*  
*testimonio non adharebimus*, sed eundem vel falsum tradidisse  
 credimus, vel verba ejus alium sensum continere in se, quàm quæ  
 ab Huntlæo ex iis elicitur; siquidem de punctatione adhibet  
 verbum in Hiph. הַמְצִיחַ quod aliàs etiam *exhibendi* significa-  
 tionem habet, apud Rabbinos plerumque quidem notat *facere ut*  
*existat* aliquid; de accentibus verò quod allegatur ex ipso, conve-  
 nientior videtur esse explicatio textui, si vocabulum, הַטְעֵמִים  
 quod notat apud Rabbinos *accennum Grammaticum*, & præter  
 reliqua significata etiam *Sensum*, ut in illo *R. Aben Esræ*, Gen. 5.  
 29. וְהָיָה לְךָ שְׁמֵרָה וְלִי שְׁמֵרָה הַטְעֵמִים וְלִי הַטְעֵמִים *Hebrai*  
*observant sensum non verba*, ita & h. l. per vocem *sensus* reddatur.  
 Ut ad eò Elias id voluerit; Magistros Tiberiensis apposuisse sen-  
 sum s. explicationem, quia verba hæc sequuntur; *Ut iis Lex esse*  
*explicata. Quod de duobus viris in specie addit Huntlæus Adverfar-*  
sius,



rius, scil. de R. Abaron, filio Mosi ex tribu Ascher, & R. Jacob, filio David ex tribu Naphtali, quorum ille aliàs Ben Ascher hic Ben Naphtali vocatur, eos fuisse inventores punctorum & accentuum, nunquam probare poterit, cum ipse à suo Eliâ Levità l. c. refutetur, qui disidia de punctis & accentibus inter has virorum bigas scripta esse ait, אחר שהוסרו הנקודות והטעמים  
 אחר שהוסרו הנקודות והטעמים: Addit להבין זה קל  
 Et hoc facile est ad intelligendum. Etenim constat ex Judæorum Chronologis præcipuè R. Gedalia in Schalsch. Hakkab. f. 37. floruisse utrumq; dictorum Rabbiorum anno Christi circiter 1037. Adeoq; ineptissimè Genebrardum in Chronol. statuere, puncta anno 476. vel 478. à Ben Ascher & Ben Naphtali, ut & Huntlaum nostrum anno 508. à duobus his Rabbiniis esse inventa, quilibet videt, cum hi duo vixerint demùm anno 1037. Postremò certum est, Judæos quosdam puncta vocare הלכתי מסני Traditionem Mosi è monte Sinai, ut vel Moses figuras à Deo acceperit in monte Sinai, vel traditione orali ad Esdras propagârit. Quâ de sententiâ nihil definiemus. Non tamen hic prætereundum esse censemus illud, quòd non desint argumenta, quibus punctorum cum Consonantibus coævitas probari possit; Cùm Rabbini satis doctè consonam corpori, vocalem verò animæ comparâint, quandoquidem illa sine hac moveri non potest: Et varium præterea sensum admittunt literæ non punctatæ, ac in varias dividuntur scintillas, ut inquit R. Bechai in lib. Num. c. 12. Satis de Masoræ, Punctorum & Accentuum inventione.

§ 26. Facili nunc negotio refutabuntur Adversarii, si argumenta à Masoræ conscriptione aut punctorum & accentuum constitutione petant. Respondemus enim κατ' ἀπορίαν, Posito eo, sed non concessò, non probabitur tamen depravatio Textus; Nam Masora si vel maximè à Tiberiensibus conscripta esset, non tamen mendas textui infert, sed textum à mendis purgatum exhibet: Sic puncta sive adsint sive absint, non mutare textum, affirmat ipse Bellarminus Adversarius libr. de V. D. Ergò si puncta etiam à Judæis inventa esse concedamus, nullam depravationem inde probabunt adversarii Hebræi textus; Præcipuè cum  
 Elias



Elias Levita doceat, Scripturam punctatam esse, uti per Cabbalam à majoribus acceperint punctatores. καὶ ἀλιθῆσαι R. Negandò, Masoræ, punctorum & Accentuum inventores esse Judæos post-Talmudicos, ut ex suprâ dictis liquet, & ab ipsis Socienis Huntlæi Pontificiis sententia hæc refutatur, ut à Bellarminò l. 2. de V. D. & aliis.

§. 27. Allegat præter hæc hactenus discussa argumenta Huntlæus pro contrariâ sententiâ obtinendâ LXX. Interpretum Versionem: Ita enim l. c. ipse inquit: *Cùm LXX. Interpretes habuerint correctissimâ Biblia Hebraica, necesse est, ea quæ jam extant valdè esse corrupta, quia in plurimis locis differunt à Versione LXX. Interpretum.* Hæc ille. Siccine verò Sol Gnomonis errorem feret? Versionem potiùs LXX. Interpretum corruptam esse, ex hóc argumentò sequitur. Ad hæc, propriâ cædit vinetâ Huntlæus, dum alio in locò testem Justinum citat, ante Hieronymi & Augustini tempora post ascensionem Domini, LXX. Virorum Translationem à Judæis esse depravatam, atqve ad eò ille ipse cùm Bellarminò statuit, nobis superesse Versionem Græcam corruptam ac supposititiam, non quæ à LXX. Interpretibus edita fuerit. Salmeron hoc argumentum ita profert: Si Ebræus Textus corruptus non esset, & quidem sæpè, versiones Græca & Latina forent sæpenumerò falsæ, quia ab illò discrepant: Ubi quidem Serarius Jesuita negat connexum; Sed Sixtinus Amama l. c. satius respondet, tùm quòd temerè conjungatur Græca & Latina Versio; tùm reponendò, alterutram lectionem esse rejiciendam, aut Ebræorum, aut Latinoꝝ sive etiam Græcorum, quia Moses alterutrum tantùm scripserit. Multa citatus Autor exempla affert, quibus hoc argumentum ferit.

§. 28. Deniqve nec audiendi sunt illi, qui similitudinem litterarum urgent pro probandis Scripturæ Hebrææ mendis: Sic Bellarminus l. c. ait; *Errores irrepisse negligentia vel ignorantia librariorum, præsertim cùm in Hebræo facile sit errare ob literas quasdam simillimas, quales sunt ד ו ו, et ו ו ו &c.* Verùm enim verò colligit Adversarius à posse ad esse, ubi tamen nulla consequentia. Deinde si attendamus ad Masoretharum opus & industriam, clarum est, tale mendum universale non potuisse inferri Textui Hebræo, quod in reliquis aut omnibus aut pluribus exemplari-



bus sit inventum, ac postmodum ad posteros transplantatum; de particulari vero hodieq; id accidere posse & accidere interdum, ultrò largimur. Hæc de Veteri Testamento.

§. 29. Cùm hæcenus *Φλυαρίας* Adversariorum contra Theseos nostræ primum membrum directas propulsaverimus, videndum nunc est, quid in recessu habeant ea, quæ afferunt Adversarii contra secundum nostræ Theseos membrum, ubi adstruximus, *In Novi Testamenti Textum Græcum non illata esse menda universalis*: Brevislimâ responsione rem expediemus.

§. 30. *Contra Theseos igitur nostræ alterum membrum* Contradicientes præprimis urgent *Diversitatem Lectionum*; quæ consistit in *singularum vocum, & sententiarum integrarum ad additione, omissione, mutatione & transpositione*; quæ ortæ sint partim ex *Hæreticorum iniquitate*, partim ex *Interpretum & Librariorum imperitiâ, errore & confusione*. At verò Resp. Positò, tamen nunquam concessò, ex Varietate Lectionum corruptionem argui posse, in sua sic viscera sæviunt Pontificii, quia multò corruptior ita erit Eorum Vulgata Versio, quæ plurimas diversas, quin imò contrarias sæpenuerò fidei orthodoxæ continet lectiones, quam tamen authenticam sibi imaginantur. Deinde Neg., à diversitate lectionum ad mendorum universalium illationem argumentari licere, cùm è pluribus lectionibus variantibus semper una vera sit, adeoq; maneat tantum mendum particulare.

§. 31. Ut verò satisfiat huic argumento, singula objectionis verba, at brevissimè examinabimus. Et, ut *ὕπεροπρωτίω* committamus, *Causas* lectionum discrepantiarum Adversarii faciunt *Hæreticorum iniquitatem*: Ubi quidem auctoritati Patrum, quam ipsi urgent, non possumus quin credamus, multos extitisse Hæreticos, qui *conati sunt* mutare & corrumpere S. Codicem; veruntamen negamus, hos *perfecisse* id quod tentarunt: A divinâ enim providentiâ vigili istud conamen hæretici gregis inhibitum esse per orthodoxos Ecclesiæ Doctores, qui nullò non tempore (*Deo sit laus*) viguerunt, credimus. Et, tametsi istam suam malitiam fortè exercuerint hæretici in paucis suis S.S. exemplis, apud orthodoxos tamen ipsis haud assentientes veram lectionem semper superâsse, verisimile est, eandemq; ad Christianos pios esse pro-



propagatam. It. *Interpretum & Librariorum ignorantiam, errorem & confusionem*: Hæc si intelligentur de *Hereticis Interpretibus & Librariis* concedi possunt, verùm non nisi partialia ac particularia arguuntur menda, minimè totalia aut universalia. Quòd si verò de *Orthodoxis Interpretibus, & Librariis orthodoxæ religionis* talia dicantur, negamus, vel ipsos exercuisse vel permisisse istam impietatem in Sanctissimò Codice Verbi divini violandò; Apud Orthodoxos enim Interpretes talem imperitiam, errorem aut confusionem locum habere, nequit dici, Librariis autem solis nunquam res hæc periculosissima committetur.

§. 32. Accessum jam paremus ad ea, quæ ab Adversantibus adducuntur speciatim, ceu *Conditiones Lectionum discrepantiarum*, & ad oculum monstremus, varias lectiones non esse mendas. Proferunt igitur *Additionem, Omissionem, Mutationem, Transpositionem singularum vocum & integrorum scriptorum*. Hic de *Hereticis* si sit sermo, repetimus ea, quæ paulò antè diximus, hos si quas habeant editiones pro lubitù mendis depravatas, easdem Orthodoxis nunquam obtrudere posse, adeoq; eas non esse varias lectiones, multò minùs mendas, sensu universali quò nos accipimus; sed privatas atqve à verà lectione separatas corruptiones particulares. Sin, verò de *receptâ ab Orthodoxis additione, omissione, mutatione & transpositione* loquantur Adversarii, non poterunt ab eis colligere ad corruptionem: Namque aut idem manet sensus, aut non fit contrarius analogiæ fidei, aut Scripturæ fideiq; conformis selectus est: *Additum* sæpè aliquid à piâ Antiquitate, vel ex locò parallelò, vel ex marginali annotatione; *Omissum*, quod alia exemplaria salvâ veritate omiserunt; *Mutatam* vel ad normam fidei vel ad expositionem magis accommodâ voce *ἐπι* *ὀλιγωτέω* aut etiam diversâ; *Transpositum* juxta antiquiorum codicum atqve accuratiorum fidem.

§. 33. Ex dictis igitur liquet, *dari quidem diversas lectiones in Novo Testamento, at non menda universalia*. Eant nunc isti, qui se Antiquorum Patrum Autoritate muniunt ad propugnanda Novi Testamenti menda, perfricent frontem si quam habent; antea simul responsum acceperunt, conquestos quidem esse S. Patres de *Hereticorum conamine impiò, at consilium ex voluntate ab his*  
im-



impij expeditum haud esse. Plura de hac ardua materia habet B. Glasius in Phil. S. ubi quadruplicem nobis porrigit Lydium Lapidem, ad quem conjunctim si qua varietas lectionum & quidem de integris sententiis obveniat, examinari possit: Ille est *Exemplarium antiquorum & probatorum Fides, Doctorum veterum Allegatio & Interpretatio, Scripturae Conformitas Fidei, Analogia, & Syriaca Paraphrasis seu Versio.* Præter hunc è Nostratibus hanc controversiam tractant, quotquot de puritate fontium & integritate Scripturæ S. contra Adversarios disputant; uti *Hunnius de V. D. contra Bellarm. Gerhardus in Exeg. L. I. de Script. S. Brochmannus L. de Script. S. c. 2. it. in Controv. Anti-Pontif. part. 1. l. 2. Waltherus in Harm. Bibl. sparsim, Dn. D. Calovius in Crit. S. Sententiæ nostræ de puritate fontium accedunt ex Pontificiis ipsis Job, Isaacus contra Lindanum de opt. genere interpret. Sixtus Seenen- sis Biblioth. S. Alph. Mendoza in Controv. Theol. qui sibi duo- ſq; adducit August. Eugubinum, Driedonem, Cajetanum, Lyr- anum, Brugensem, Vegam & D. Hieronymum. Bellarminus cum Melch. Canò asserit, recurrere licere ad Hebræos fontes, cum verba & sen- tentia in Latinò anceps est, vel error Librariorum est in Latinis, vel variant Latini Codices. Sentiunt etiam nobiscum Bened. Arias Montanus, Adessor Concilii Trident. Præfat. Bibl. Simon de Mieux adfert. verit. Ebr. Salmeron. Et Thom. Morus in Epistol. ad Dor- pium pro defensi. Erasmi. minimè credibile censet, ullam gentem ad depravandos Græcos libros Novi Testamenti unquam conspirare vo- luisse, ac ne potuisse quidem: Sic sentit & Lud. Vives in l. 14. August. de C. D. c. 8. & Erasmus Leon. X. filius præfat. in annotat. N. T. Præ- ferunt quandoque Græcam Lectionem Jac. Faber Stapul. & Mal- donatus in locò Matth. 6, 5. Franc. Ribera Apoc. 14, 3. Heb. 11, 34. Quin & ipse Rom. Pontifex Clem. IX. latinam versionem ad Græcos fontes examinavit & emendavit, ut refert Dn. D. Calovius l. c. Sic in nostram sententiam abiectæ fermè omnes Pontificii, quibus per lingu. Orientalium exactam notitiam de hac questione judicium ferre licuit, ait Amama. Ex Calvinianis calculum adjiciunt Wilb. Witt- kerus, Franc. Junius, Wilb. Amelius contra Bellarm. de V. D. Andr. Rivetus Ilagog. in Script. S. it. in Cathol. Orthod. Dan. Chamier*

Pan-



§. 34. Et tantum de *rationibus*, quæ nobiscum pugnant  
Adversarii. Dispicienda nunc forent *dicta* Scripturæ Sacræ tum  
Veteris tum Novi Testamenti, quibus menda inesse probare ipsi  
satagunt; Verum quando à Nostratibus passim ea sint explicata,  
& à mendorum suspicione purgata, præterea instituti nostri ra-  
tio tantam prolixitatem vetet, ea prætermitemus impræsenti,  
atque velut initio promissimus, unicum assumemus locum Novi  
Testamenti, cujus illustrationem breviorēque resolutionem  
huic nostro specimini annectamus. Priusquam tamen deveniam  
ad ea, allegabo B. Glasii vias, quibus in resolutione nodorum ta-  
lium tutissimè uti nos posse arbitratur: Eæ sunt in Veteri Testa-  
mento *Textus viscerum, circumstantiarum, coherentia, Operis  
Masoretici, & Paraphrasium Chaldaicarum accurata inspectio*;  
in Novo Testamento fermè similes ante allegatas vide in proxi-  
mè præcedentibus. Esto autem Locus noster Matth. XXVII.  
v. 9. *Τόπι ἐπληρώθη τὸ ρηθὲν Δεῖ Ἰερραμὶς τῆ Προφήτι, λέγον-  
τος: καὶ ἔλαβεν τὸ τριάντου δαγύρια &c.* Ubi citantur ab Evan-  
gelistâ verba Prophetæ Zachariæ c. ii. v. 13. *יְרֵךְ אֶת כַּסְפֵּךְ*  
Nominatur autem Jeremias, apud quem tamen  
ea non reperiuntur. Hic videtur esse mendum graphicum, & à  
nonnullis etiam statuitur, quod tamen minùs est; Hoc ut clarum  
evadat, attendendum ad ea, quæ sequuntur.

§. 35. Nomen Jeremiæ à Librariò ac Descriptore vel ex  
imperitiâ vel temeritate insitum atque adjectum esse, cum in  
Matthæi scripto non extiterit, statuunt *ex Veteribus nonnulli* apud  
*Eusebium* l. 10. demonstrat. *Evangel. cap. 5. Ex Pontificiis Baronius*  
ad A. C. *Cornel. Jansenius Concord. Evangel. & Maldonatus* in h. l.  
*Ex Calvinianis Calvinus* in Harm. & *Beza* h. l. *Ex nostratibus Lu-  
cas Osiander, Flacius, & Calixtus Concord. Evangel.*


§. 36. Pro sententiâ dictorum Autorum videntur milita-  
re sequentia argumenta, uti adducuntur à B. Glasiiò l. c. (1) *Syriaca*  
D  
Ver-







Græc. Lat. Germ. Bohem. Ital. Hispan. Gall. Angl. Dan. Polon. semper Nomen (Jeremiæ) Parenthesi inclusum habet; ubi quidem Syriacam duodecimam excipio. In *Dalmadinâ Wittebergæ* anno 1584. editâ versione, ut & in *Germanicis* non solum *B. Lutheri*, & *D. Job. Dietsbergers* / anno 1534. juris publici factâ editione, sed & ante hos in aliquâ versione German. anno 1483. *Norinbergæ* editâ expressè semper invenitur Nomen Jeremiæ; quin & *Vulgata Versio Latina* ipsa & fermè reliquæ omnes ita habent, si forte exceperis prædictam *Syriacam*, ut & *Persicam*, quæ ita transtulit:


*Hic impletum est, quod in Prophetâ dictum est.* Verùm non putandum est, hos ipsos Paraphrastes & Translatores, qui omiserunt nomen Jeremiæ, in codicibus ac exemplaribus suis omissum invenisse; sed multò credibilius est ab ipsis nomen omissum, quia in scriptis Jeremiæ verba non invenerunt, adeoque inconcinnè eis positum nomen fuit visum. Quapropter Syriaca Paraphrasis etsi aliàs meritò antiquissima ducatur, communi Exemplarium plurimorum consensui præjudicare sola nihil potest. Ad alterum respondet *B. Glasius* l. c. Non de Latinis versionibus quæri, sed de fonte originali, an in Græcò Textu nomen *Iereuis* vel scriptum vel omissum fuerit: Ut adeò de mendò Græci Textus quæstio sit, an tale hic detur, quòd in omnia exemplaria universaliter sit illatum; non de Interpretibus, an ii aliquid omiserint. Præterea Augustinus ipse fidei illorum Codicum Latinorum parum tribuit. Tertiò *Matthæo* & id solenne est, ut speciatim illius Prophetæ nomen exprimat, cujus verba allegat, ut c. 3. 3. c. 4. 14. c. 8. 17. c. 12. 17. Et c. 1. 22. quædam exemplaria nomen *Esaïæ* adscriptum habent. Ab audace verò quòdam Scribâ s. Librariò ex *LXX.* Interpretum codice & quidem locò *Jerem. 32.* nomen adjectum esse dum dicunt Adversarii, non merentur calculum; nam diu ita difficultas omnis fuisset sublata, nec *S. Patres* nomen Jeremiæ ut mendum in reliquos codices transferri passî essent, cum tamen varias hujus nodi solutiones quæsi verint. Ex notâ aliquâ marginali hujus modi mendò universali vitiatum esse Textum Græcum dici



dici non potest. *Pietas enim abhorret, tamdiu in sacris literis alienum inveterasse nomen & in re purissimâ illam quasi labem adhaesisse; Verba sunt Sanctii Jesuitæ: Pridem à S. Viris fuisset expunctum, si aliunde per incuriam irrepsisset. Præterea voces has abbreviatè hõc modò scriptas fuisse, incertum est: Nec tanta literarum ζ & ε est conformitas, ut ita facilè permutari qviverint, & quidem in omnibus exemplaribus. Exploditur ergò non immeritò ista de Mendò hujus loci sententia, aliaq; aptior dubii hujus resolutio qværitatur.*

§. 38. Varias itaqve jam nodi hujus, qvi, ut rectè ait *Beza*, *vetustissimos qvosq; torsit interpretes*, solutiones allegare fert animus. Ubi verò blasphemam illam *Socinianorum* sententiam volentes prætermittimus, qvâ cum *Piggio*, *Melch. Canò*, & *Erasmo* ad h. l. *μνηστευκὸν ἀμάχημα* *Autoris statuere, atq; Evangelistam Mattheum memoria quòdam lapsu pro Zachariâ posuisse Jeremiam dicere non sunt veriti. At nobis sit religio, hujusmodi errorem Evangelistæ τὸ πνεῦμα & ἀγία Θεοῦ ἀδύνατον* adscribere; nec dignam arbitramur hanc sententiam, qvam ulterius pensitemus, sed meritò eam ceu blasphemiam non expertem rejicimus. Neqve verò ullius momenti aut ponderis esse putamus istam sententiam, qvâ nonnulli vaticinium illud de emtò agrò ex pretiò proditionis etiam in *Jeremiâ olim extitisse existimant, sed Judæorum malitiâ ex textu Prophetico esse erasum*; Atqve librum *Jeremiæ* ita mutilatum faciunt; qvæ expositio *Eusebio* tribuitur & *Justino in Dialogò cum Tryphone*. Ita autem autoritas Librorum Canonorum Veteris Testamenti, & integritas Textûs authenticè impugnatur; Nec causa dari potest, cur Judæi relictis aliis Veteris Testamenti dictis salvis, huic loco manus intulerint. Sunt tamen adhuc quædam opinionès aliæ non contrariæ orthodoxiæ, nec omnes incommodæ, verùm ex parte omninò laudandæ, quas jam recensebimus. *Hieronymus* in h. l. asserit, in *Apocryphò quòdam Jeremiæ volumine hac verba se reperisse*, uti citatur à *Nico. de Lyrâ* ad h. l. Ipsum sequitur *Origenes, Tertullianus, Euthymius* in h. l. qvi eandem sententiam ambabus amplectuntur. Nec abnuunt *Dionys. Carthusianus, Salmeron*, it. *B. Keslerus disp. inaug. de dictis Scripturæ allegatis in N. T.* Cui tamen assertioni obstat illud, quod



quod tantum vaticinium ex scriptis non-Canonicis ab Evange-  
 listis, qui quotquot scripserunt omnia habuere ex Spiritûs S. inspi-  
 ratione, & quidem expressô nomine Prophetæ in Novô Testa-  
 mentô citari, periculosè asseratur. Cum *Chrysoptomô* in Epist. ad  
 Tim. per traditionem ἀγγελῶν vivâ voce ad Judeos hoc *Jeremia*  
 vaticinium pervenisse, & afflatu Spiritûs Sancti Apostolos haussse  
 existimat *Hugo Grotius*. Huic sententiæ objicitur hoc, quod testi-  
 monium illud habeat autoritatem divinam & in Scripturâ Cano-  
 nicâ ab ipso Spiritu Sancto sit adductum, quod incertis & dubiis  
 Traditionibus non e venerit. *Balduinus, Hunnius, Gomarus, Tar-  
 novius, & Job. Ferus* præsupponunt, *Zachariam* binominem fuisse,  
 & aliô nomine *Jeremiam* vocatum. Adde & utrumque nomen  
 ejusdem significationis esse, adeoque unum pro alterô, velut ap-  
 paret, poni potuisse; Nam זכר־יהוה ex זכר memoria vel odor  
 sacrificii, & יהוה Deus, est memoria & odore sacrificii celebrans Deum;  
 זכר־יהוה autem, quasi יהוה ירים exaltans Deum. Verùm pluri-  
 mi hanc sententiam ut autoritate ac fundamentô certô destitu-  
 tam rejiciunt. *Franc. Junius* probat hanc sententiam præ cæte-  
 ris, quâ nonnulli statuunt, *Zachariam* *Jeremia* discipulum fuisse,  
 atque adeò per ipsum hanc *Jeremiæ* Prophetiam ad Evangelista-  
 rum tempora propagatam esse. Quæ opinio pari ratione citra  
 autoritatem assumi dici posset. *Augustinus* l. 3. de *conf. Evang.*  
 c. 7. adstruit, consultò ita positum esse ab Evangelistâ unius Pro-  
 phetæ nomen pro aliô, & (ut ipse loquitur) sanctiori consiliò pro-  
 videntie DEI, ut significaretur harmonia Prophetarum, eos unô Spi-  
 ritu impulsos fuisse locutos: Quam sententiam, ejusdemque uti-  
 lem observationem, quam præbet contra Jesuitas, maximè com-  
 mendat *D. Gerhardus* in *Harm. Pass.* c. 8. Et *Glossam* ordinariam in-  
 de sua desumpsisse referunt *Waltherus* in *Harm. Bibl.* & *Glasius* l. c.  
 Possit etiam hîc adduci locus non planè huic absimilis *Matth.* 16.  
 vers. 14. ubi discipuli ad Christum: Dicunt alii, Te esse *Jobannem*  
*Baptistam*, alii *Eliam*, alii Ἰερεμίου ἢ ἐξ ἐκ τῶν Προφητῶν, *Jeremiam*  
 sive unum Prophetarum. Ut adeò positò nomine *Jeremiæ* possit  
 Propheta quilibet intelligi, *Jeremiam* enim primum inter Prophe-  
 tas locum habuisse constat ex *R. D. Kimchi* præfat. ad *Jerem.* Alii  
 verò, etiamsi unus autor sit principalis, confundi tamen Amanu-



enses haud debuisse putant. *Tarnovius, Gerhardus, Waltherus & Glassius* vaticinium hoc ex *Jeremiâ* elicere volunt cum *Sanctio Jesuitâ*, & quidem ex cap. XXXII. ubi habeatur Prophetia de emtione agri, apud *Zacchariam* verò de emtionis pretiò agi putant; adeoq; coaluisse vaticinia, & uni tantùm *Jeremiâ* tribui: *Heinsius* recurrit ad cap. XIX. ubi agri ob cædes abominabilis mentio fit. Multas ii adducunt rationes, quibus sententiam hanc corroborant. Regei tamen potest ad priorem allegationem, cap. XXXII. addi simul pretium, quod tamen cum hóc non conveniat: Ibi enim dicitur fuisse septem siclos & decem stateres, híc verò triginta; Et deinde etiam istum agrum *Jeremiam* pro se & suis emisse: Ad posteriorem loci citationem, cap. XIX. *Jeremiam* tantùm sibi ollam figulinam emere jussum esse, eamq; in valle *Ben Hinnom* confringere; & typi illius explicationem esse in eòdem cap. v. 6. quòd eâ ratione *Juda & Jerusalem* confringi debeant. *Dn. D. Calovius* in *Notis AntiGrot.* ad h. l. remotis aliis opinionibus tandem ita concludit: *Quum ergò in nullo textu Jeremia scriptum reperitur hoc vaticinium, omninò fateri oportet, id à Jeremiâ dictum esse, & relictè adductum in Matthæo; oretenus verò, ait porro, traditum esse, nec in S. Scripturas isto tempore relatum, jam verò à Spiritu S. Matthæo suggestum, ejusq; inspiratione in Codicis N. T. Scripturam Canonicam redactum esse.*

S. 39. Nos in mediò rem & docti cujusvis judicio relinquemus. Hoc tamen adjicimus; Nobis præ aliis ultimam sententiam arridere, & si quid judicamus, reliquis eam esse præferendam. Idq; ideò, quia hæc omnium optimè convenit cum Textu, & ex ipsissimis verbis Sacri Textus est eruta: Sic enim habent Evangelistæ verba: *Τότε ἐπληρώθη τὸ ΠΡΟΕΝ ΛΟΓΟΥ τῆς Προφητῆς ΛΕΥΚΟΤΟΣ.* Tunc impletum est, quod DICTUM est per *Jeremiam* Pr. DICENTEM; Non ait *Matthæus*, quod scriptum est, sed quod dictum est. Quod, quamvis etiam interdum occurrat, cum Scriptura allegatur (sunt verba *Laudati Dn. D. Calovii*) tamen híc strictè adhibicum esse, dubitandum non est, ubi tale vaticinium allegatur, quod in *V. T.* nusquam legitur. Probabilior etiam est hæc sententia reliquis ad Prophetas alios confugientibus: Nam quia eam prolixè verba *Jeremias* Prophetæ adducit *Matthæus*, eademq; αὐτολεξῆς, translata tamen



men in Græcum rectat, quòd scil. acceperint ἡγορεύοντες ἀγορεύοντες  
pretium venditi, à filiis Israël, pretium agri figuli, & quæ sunt re-  
liquæ circumstantiæ &c. *Ecquis* (ait Autor) *dubitare potest, eadem*  
*à Prophetâ, quem ita ΔΕΤΟΝΤΑ ΔΙCΕΝΤΕΜ* facit Evangelista. s. lo-  
cutum esse perhibet, prolata esse. Ut itaque necesse non habeamus  
aliorum Prophetarum verba allegare, quòd in prædictis senten-  
tiis ut instantiarum non expertibus factum est. Neque verò ab  
hâc sententiâ abhorruerunt olim *Origenes, Hieronymus, Tertullia-  
nus, Dionys. Cartbusianus, Salmeron, Vosius, B. Keslerus, & alii*, uti  
citantur à Laudatò sæpiùs Virò. Nostrates etiam hodierni pleriq;  
hanc sententiam exosculantur. Nec desunt *exempla* similia: Ete-  
nim Matth. 2. 23. dicitur de Salvatore Mundi *dixum esse* per Pro-  
phetas: *Νο Ἐνεαῖς ἠλθῆσεται*; Quod quidem apud Prophetarum  
nullum invenitur, & tamen reverà dictum esse ab iis, con-  
stat ex allegatione Sancti Evangelistæ; Sic Judas in Epistolâ suâ  
vers. 14, 15. ait, Enochum *vaticinatum esse & dixisse*: *ἰδὲ ἠλθῆ  
νῦν ἐν μυσίασιν ἀγίας αὐτοῦ* &c. Quæ verba nullibi scripta  
habentur, sed ex nudâ Patriarchæ predicatione, ut ait Waltherus,  
& quidem verbali arcessuntur à Judâ atq; recitantur, videlicet ex  
immediatâ Spiritûs S. revelatione: Præcipuè id probatur inde, quia  
exertè additur, quòd Henochus ΠΡΟΦΗΤΕΥΣΕ ΔΕΤΩΝ, PRO-  
PHETAVERIT DICENS s. dicendò. De quò documentò Henochi  
plura habentur apud Laudatum Waltherum in *Offic. Bibl. in*  
*Reposit. poster. Classe 3. Theca poster. Arc. r. p. m. 1177. seqq.* ubi  
simul evincit ex ipsis hisce verbis, *Judam non provocare ad Librum*  
*Henochi Apocryphum*: Et pag. præced. probat, *Librum Acanoni-  
cum nullum fuisse ab Henochò conscriptum*. Traditionibus tamen  
*ἀγγελικοῖς* Pontificiorum inde nullum enascitur patrocinium:  
Traditionem enim hic supponi, concedimus ultrò; At non ἀγγελ-  
ικοῖς, incertam & dubiam, quales sunt Papistarum, sed ἐκλογικοῖς in  
Scripturâ Canonicâ ab ipsò Spiritu Sancto adductam, & Ca-  
none Nov. Testam. expressam atq; contentam  
asseveramus. Tantum de hâc  
materiâ.



Eximio DN. AVENARIO,  
De puritate fontium Scripturæ  
publicè disputanti.

**A** Mendis pueros fontis sic ritè tueris  
Rivuli ut è summo fonte salute rigent.  
Ne lolium infelix, sterilis ne surgat AVENA,  
Fæcundam reddat Gratia Dia, precor.

ABRAHAM CALOVIVS, D.

---

**I**ntegritas Verbi Tibi curæ, FAUTOR AMANDE,  
Quam nobis præstat provida cura Dei.

Dicitur hoc Verbum certissima norma salutis,  
Non erit incertum, norma quod esse potest.

Quod sibi non certum, nequit ullos reddere certos,  
Normaq; sic perit, sic perit ipsa fides.

Noster AVENARIUS contraria monstrat abundè,  
Ipsi præ cunctis hæc placet Integritas.

Sit Tibi doctrina, sit vita regula certa,  
Verbum, quod cunctos normat ubique Deo.

Sic alios, Tibi commissos, normare valebis,  
Normandoq; bonis commoda mille ferēs!

JOHANNES Deutschmann / D.

---

**E** docet ingenii claras sententia vires,  
Sacri quæ fontis munera pura docēs:

Sic dum pura placent puri meditamina fontis  
Laudis & inde fluent æquorum tota Tibi.

Præstantis. Doctissimoq; DN. RESP. gratul. f.

CHRISTIANUS Köhrenssee / Moral. P. P.

---

**P**ulcher, AVENARI, labor est tuus, isq; sagacis  
Ingenii dotes monstrat abunde tui.

Perge bonis studiis: certò solertia vincet,  
Præmia dum tandem multiplicata ferēs.

Ita meritò applaud. Suo hæcenus Auditori  
assiduo

CHRISTIANUS DONATI, Log. & Met. P. P. Extr.



05 A 517

ULB Halle

3

004 207 920



V077

Qd.









Farbkarte #13

B.I.G.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

II  
BY

PHILOLOGICO-  
LOGICA.

De  
Scripturæ S.

vi Testamenti,

*PAM.*  
ICE DEO  
RESIDIO  
IRI

*plisfimi atq, Excellentisfimi*

ITSCHMANNI,

nclyrâ Almâ Leucoreâ Prof. Publ.

Alumn. Electoral. Ephori

risfimi,

*btoris sui et atem colendi,*

itorum *ἐξερτίως*

Submittit


THOR

AVENARIUS,

Misnicus,

Anno *M DC LXXV.*

*Horis antemeridianis.*



NBERGÆ,

NCKELII, Acad. Typogr.